Magnifice ac Nobilissime Domine,

Noveram te, cum nondum has literas scribere decrevissem, idque ex virtute, cujus maximum praemium est, quod suos latere non sinat. Et quemadmodum Magni Principis negotijs tuae te inseruerunt virtutes, ita reliquo in earum sacrario non infimum, ut suo, locum dicas humanitati. Cum fretus seria agentem his literis interpello Concionator Exul et aegrotus Lugduni ago, ubi librum scripsi de Iusti Persona et fortuna, quem Illustrissimo Arausionensium Principi Domino meo clementissimo humillime more pro solemni dedicavi. Nihil responsi Uxor mea impetravit, nec scirem, quid agerem, nisi securitâ, quicquid in utramque partem, aut spes aut metus subjecerat, aestimatione pensantem tua benevolentia subisset. Quam nunc ob-testor, obnixe contendens, ut uxorem meam tuo consilio et intercessione adjuvare digneris. Gratias quidem tanto Viro properati aptij referre nequeo, sed id operam dabo, ut cogitandâ gratiâ tuam munificentiam remuneratus videar. dabam Leydae die Ascensionis Domini nostri Jesu Christi. Ao 1645

Tuo Nomini Clariss.
Excellentissime Domine

devotus

Petrus Rechtenbach
olim Ecclesiae Dessav.
V.D. Minister et Exul

Sylloge Aut. 1.
No. 128.

Nobilissimo et Magnificentissimo Domi-
ne, Domino Constantino Huygens
Equiti Aurato, Serenissimi Arausionensium
Principis Consiliario intimo etc Domi-
no suo aeternum honorando.

humiliter

© British Library
Add MS 22953, f. 201
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3957